



Naufho  
79.

I. 328<sup>c</sup>



1777

DE  
PELAGI DETRITIONE  
1777  
MELIORIS EXAMINATIONE

PHILOSOPHICIS IN ARTIBUS  
ACADEMIAE PRAEFATAE  
1777

JOHANNES DANIEL TITZE  
1777



N. 4765



*necessarium*

*optum* M V N D I  
CONTINGENTIAM A PRIORI

ASSERIT

S I M V L Q V E

VIRIS CLARISSIMIS

GOTTLOB HAEBLERO

SCHOENAVIA MAIORE LVSATO

ET

IOANNI THEOPHILO

DRAGHEIMIO

DANTISCO BORVSSO

S V M M O S

IN PHILOSOPHIA HONORES

D. XVI. KALENDAR. NOVEMBR. MDCCLXIII

IN VNIVERSITATE LITERARVM WITTEBERGENSI

EX MERITO PARTOS

NOMINE EORVM QVI SVB PRAESIDIO

VIRI EXCELLENTISSIMI

IOANNIS DANIELIS TITII

PHYSICES PROF. P. O.

DISPV TANDO SE EXERCENT

GRATVLATVR

VALENTINVS LOBEGOTT HACKER

S. S. TH. CVLT.

DANTISC. BORVSS.

---

WITTEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS.



CONTINGENTIAM A PRIORI  
VIRIS CLARISSIMIS  
GOTTFRED HÄRTELERO  
IOANNI THEOPHILLO  
DRAGHELMIO  
IN PHILOSOPHIA HONORES  
IN UNIVERSITATE INTERITUM WITTEBERGENSI  
EX MERITO PARTO  
NOMINE FORI M. OVI ST. PRABNDIO  
IOANNIS DANIELIS TITII  
VALENTINVS LOREGGOTT HÄCKER  
WITV HÄCKER  
PREFO HERRAIN GOTTFRED RICHENHALL  
ACADEMIAS A VIRIS











§. I.

cientia mundi generalis, quemadmodum recentiorum maxime philosophorum industriae refertur accepta, sic <sup>causant</sup> contingentia mundi, cui omnis Cosmologia inhititur, variis modis in luce exposita est, arque demonstrata. In iis tamen praecipue argumenta praecellunt ducta a posteriori, quorum quanta habetur copia, tanta quoque valoris inesse ipsis varietas deprehenditur. Sed a priori quae contingentiam mundi demonstrant argumenta, non copiose extant, neque philosophi, quod quidem scio, in iis contexendis hucdum fatis elaborarunt. Eam ob causam operae pretium me facturum spero, si, quod ad condendam contingentiae mundi a priori demonstrationem conferre valeam, pro ingenii modulo breuiter ostendero.

*non natura con-  
tingens, quam*

§. II.

Ad demonstrationem contingentiae mundi a priori informandam,

A 2

dam,



dam, non sufficit, ut in genere ex definitione mundi qualibet sumatur. Namque communis est philosophorum pragmaticorum opinio, demonstrationem iam a priori fieri, si definitionibus et notionibus communibus principiorum loco utimur, neglectis earum indole, atque discrimine. Nulla demonstratio a priori dici meretur, nisi definitio, ex qua ducitur, ipsa a priori instruatur, aut <sup>re ipsa</sup> recte sit essentialis. Tum ratio probandi re probanda prior est. Quod longe aliter se habet, quando definitio a posteriori, et per experientiam formata, aut nominalis tantum sit. Definitio essentialis hoc peculiare habet, ut, quum essentiam rei exponat, tale quid afferat, quod in re quadam omnium primum est; adeoque merito principium demonstrationis a priori habetur.

## §. III.

Sumamus itaque mundum in latiori quidem sensu, quo significat uniuersum quoddam, siue existat, siue existere tantum possit, cuius definitionem seligere lubet recentiorum menti consentaneam, et a nemine vix vnquam in dubium vocandam: quod sit systema rerum omnium <sup>quae</sup> finitarum, sapienter inter se <sup>neque possunt</sup> nexillum. Sic enim patet, in mundo, si quae existit, etiam comprehendi res immateriales, modo sint finitae, res simultaneas, aequae ac successiuas; immo ipsum mundum esse ens aliquod compositum debere. Quoniam enim recentiores de mundo differentes, materialem plerumque intelligunt, nolo tamen mundi definitionem strictiori hoc significato sumere, ut partim contingentiae res quoque immateriales subesse appareat, partim demonstratio ampliores mundi fines metiatur.

*ipfam multitudinem rerum, quam non statim definitio, quam inferre res limitatas quae essentialia, et finitas, quae actualia, ut abiq; quae existentiam mixtibilis nec a se boni quidquam. §. IV.*  
*habuit. Quapropter mundi definitio dicitur esse quodammodo passiva: est series rerum ad maiestatem conditoris potestatemque perfectionis: modo conditoris arte, quam natura mundi contingere demonstrata est, meminisse potest.*



oto Leoniam hinc P. tota demonstrationis moles immititur, veritas notatur  
definitionem mundi constituentium sequentem in mundum etiam probari po-  
test. E natura composita demonstratur, eam a se esse non posse, cum ipsa prio-  
ra sint, e quibus componatur. E multitudine simplicium necessaria ad composi-  
tum, evincitur eorum essentia limitata, et finita, et quod illa quoad a se esse  
et per se existere nequeant. Quare nec composita nec simplicia, seu nec totus  
mundus nec ulla vel minima eius pars a se esse ~~ne atq~~ existere potest. Ne-  
esse ideo est, ut ab alio habeat, quicquid in eo dari debet. Quia a se est, non  
potest esse, nisi infinitum, independentem, et omnino immutabile, et unicum, mul-  
tiplicari nequeat. Multa enim <sup>oportet</sup> extra se invicem esse, ideoque gradibus talia  
complecti, quae in ullo alio non sunt, quare inter multa nihil dari potest,  
quod omnia summa una comprehendat. Multa et finita aliter esse nequeunt,  
quam si ~~unum~~ unumquodque tantum quoddam habeat constituentia, s. quaedam  
tantum qualitates, nec simul sed successive tantum temporis alia post alia, et sic  
solum omnia quae capere valet. Quicquid non omnia simul habere potest, quod ipsi  
in esse possunt, imo non omnia summa, quae una esse queunt, id nequit esse infinitum aut  
a se. Item, uti summa qualitates sibi non repugnant, nec aliter, quae rei in-  
immutatae eas concipi ac connecti possunt sibi non repugnant, quod modis fieri potest, oriuntur illa  
sunt. E illimitate qualitates limitantur sapienter, quod modis fieri potest, oriuntur illa  
multa, quae omnes conjunctiones fundos mundos, et unumquemque eorum constituentur possunt.  
Cujus pars est ratio, ac s. illimitata quantitas, quaeque fieri potest videtur, limitatur. Limita-  
tione, sapienter determinata, sunt possibilia, nullamque Deo involvunt repugnantiam,  
et quicquid est divinator, potest quoad existere s. infinitum est, suamet, s. finitum,

## §. IV.

Facilitandae demonstrationi maxime conducit, si definitionis §. III. allegatae realitas a priori comprobetur, ostenso nexu notionum, e quibus constat, necessario. Realitas enim hic non nudam possibilitatem, quam internam vocant, sed externam, siue possibilitatem existentiae talis mundi, qualis in definitione traditur, posita nempe eius causa, infert. Percurramus notas definitionis, ut immunitas earundem a contradictione in oculos incurrat. Mundus appellatur systema, hoc est, compages rerum rationalis; sed omnis compages est ens compositum, quod, si rationale debet esse, necesse est, ut nexui veritatum vniuersalium conforme, adeoque apte connexum sit. Quarum notarum realitas tum per principia ontologica euicta est, tum euinci pro re nata facile hoc loco posset. Ens enim compositum est possibile: quod vero componi secundum veritatum regulas vniuersalium possit, id vero ideo constat, quod sublato rerum, a quibus abstrahuntur, nexu, veritates vniuersales vel nullae, vel maximam partem non existerent. Ergo nullam inuoluit contradictionem, ens compositum rationali modo confici, et componi posse. Eodem prorsus modo docetur, res finitas esse possibles, quoniam essentiae rei non contradicit, rem determinationes alias aliasque successiue nancisci, et existentiae suae diuerfos subire status, atque mutationes. Sapientiae realitatem Psychologia commo-  
strat, et nexilitas inter se ex eo perspicitur, quod admitta systematis possibilitate, admitti quoque rerum nexilitas, qua nititur systema, debet.

*Id est ostensa  
immunitate a  
repugnantia  
notarum interna  
et externa.*

## §. V.

Ostensa sic singularum notarum realitate, opus est, ut earun-



dem in coniunctione realitas proberur. Videlicet coniunctio earum nil habet, nisi quod sanæ rationi conveniat, consequenter possibile sit in se. Res enim quaslibet, qua similitudinem consideratas, esse similes, eademque habere determinationes, facile quisque animadvertit, adeoque propter similitudinem determinationum posse coniungi, nemo negabit. Connecti enim dicuntur, quæ propter eundem finem esse aut existere debent. Hinc quaelibet res finita, quum novas subinde determinationes semper subeat, novas ad res alias relationes, adeoque nexum cum aliis rebus finitis supponit. Quicquid in re finita contingit, id successivè in ea contingit; ergo res finita, si existit, in tempore oportet existat, adeoque nexum habeat cum aliis rebus præsentibus et antecedentibus atque consequentibus. Quapropter nexus rerum finitarum tantum abest, ut pro impossibili habeatur, ut potius rerum finitarum conceptu ad earundem nexum recta via ducamur; quin imo ad nexum earum sapientem, et perfectissimum concedendum obligemur, quoniam mundus generatim spectatus omnes res finitas comprehendere dicitur. Ibi enim perfectissimus est nexus, ubi omnes omnino res finitæ, quotquot mutuae dependentiæ sunt capaces, in congerie quadam collocantur. *f*

§. VI.

Quodsi iam essentia mundi (per def. §. III.) in proprio, et peculiari modo compositionis, et nexus rerum finitarum, quotquot mutua dependentia esse possunt, omnium consistit; duo omnino infert: res finitas omnes, atque singulas, quæ neci sapienter possunt, ac nexum sapientem, qui ad perfectionem rerum, et totius plurimum conferre potest. Vtrobique mutabilitatem, atque vicissitudinem

nem

vi infimæ alterius. Sapienter finitum connexio, compatibilis et unio  
nullam potest implicare repugnantiam. Sapientia enim <sup>siue habens præsentem, quæ ad necesse</sup> (e possibilibus)  
eligit meliora quæq; in se, ordine et facultate nexu.

F Tandem rationis et sapientia est, ut ad eundem scopum plenius et ex affe con-  
sequendum faciente conjungat quam aptissime, ut scopus obtineatur. Tales  
ergo, nec alia res, plurimæ in quovis mundo sunt conjungende, si concipi  
tantum recte, multo magis si præferri aliis et præducere debet. Conveniunt autem  
res simili essentia et in prædite ad manifestandam conditionis gloriam. Eo major  
illis est perfectio et consensu ad communem finem ex affe præstandum: eo per-  
fectionem conficere mundum possunt. Connexio simul in se, in et ordinem se  
mutuo quam optime guardi et perficendi, alia post alia procedendi, et gloriam  
Dei illustrandi.

et iter. essentia <sup>mundi</sup> in rerum convenientium et conspirantium ad scopum sapientissimis compositionis et nexu immutabilium mutabilium modo ad infinitum maiestatem eandem manifestantur. <sup>conspicitur</sup> Essentia autem, cum a se ipsa esse nequeat, non nisi a vi infinita illi dari et conservari potest, singulis temporis punctis, per quae durare debent.



nem animaduertimus; ibi, quod in finitudinem non omnes determinationes simul, sed successiue tantum cadunt; heic, quod circa res finitas, necessarium minime admittentes, nexus versatur. Totus ergo mundus, quisquis demum existit, contingenter tantum existere potest, tum ratione rerum, e quibus constat, tum ratione nexus, per quem colligantur. †

## §. VII.

Ex definitione §. III. elucescit, mundum esse ens compositum, et non posse non esse ens compositum; sed ens compositum constat ex partibus, adeoque oritur tum ab alio ente, tum ex aliis rebus praeeexistentibus, atque modum compositionis diuersum admittit. Ergo siue originem, siue durationem spectes, non est ens necessarium. Ens, quod non est necessarium, est contingens; itaque mundus qua ortum, et existentiam, siue vt aiunt, qua constitutionem, et qua consecutionem, est ens contingens. Idem ex finitudine rerum, e quibus quilibet mundus (per def.) constare debet, euincitur. Per finitam rerum mundanarum naturam fit, vt quaelibet res, et consequenter tota rerum series, successiue aliorum statuum capax fit, nec ea simul habere omnia possit, quae in ipsa sunt possibilis. Ergo res mundanae, et consequenter mundus ipse continuo aliter esse, et existere potest, ac fuit antea. Ergo non est ens necessarium, sed contingens. Denique mundus cum omnibus, quae in ipso esse, et existere vquam possunt, est mutabilis, quod ex iis certum est, quae paulo antea de finitudine dixi. Ens vero mutabile est contingens. Ergo et mundus.

*Sedem absolutam existentiam necessitatem nulli competere mundo, posse ideoq. ipse nec dari posse, ab implacitam repugnantiam patet. Si enim non esset §. VIII. clauso necessarium, nec aeternis esse, initio et successione et mutatione status carere potest. Constat idem etiam e necessaria multitudine partium eius, (per §. 4. not. §. 4. 1. 1.); item ex hypothetica tantum necessitate.*



## §. VIII.

Exciperet forte hic aliquis, allata in §. praecedente coincidere cum contingencia; sic mutabilitatem idem esse, quod contingencia, et finitum quicquid est, id esse contingens debere; atque compositionem mutabilitatem, ideoque contingenciam ipsam, inferre. Haec inter se connexa concedere quidem, at vero eadem esse, prorsus negare mihi liceat. Notiones horum argumentorum re vera inter se differunt, salvo earundem nexu, vi cuius posita vna poni quoque altera debet. Excipere ulterius posset; 1) hanc contingenciam mundi demonstrationem non pertinere ad <sup>naturam dependentem</sup> contingenciam huius existentis et actualis mundi in lucem collocandam; 2) definitionem mundi (§. III.) e qua omnis sumta est demonstratio, a mundo existente, et actuali abstractam, a posteriori formatam esse; adeoque contingenciam mundi in definitione tacite iam supponi, quae tamen ex ea demum deducenda fuisset. Ad illud respondeo: si contingencia mundi in genere demonstratur, facilis ad mundum praesentem transitus est. Nemo enim contingentem quemlibet mundum statuit, quin contingentem quoque praesentem putet. Quicquid de genere valet, id etiam de specie valeat oportet. Ad hoc autem reponere fas mihi sit: me hoc loco non de generis definitionis, sed potius de eius realitate, de rei, quam exponit essentia, et de communi quem apud Philosophos obtinet, assensu quaerere oportere. Deinceps nulla est notio (id est conceptus universalis, qualis est definitio) quae a rebus existentibus non sit abstracta, et per reflexionem formata. Attamen ista mundi notio, quam intellectus noster a mundo hoc actuali abstrahit, existeret, et inter notionum veritates referretur,

*Et quodlibet eius in  
individuo valeat oportet  
scilicet uti quicquid valet  
in figura, triangulo, qua-  
drato, aut de numero  
intero, seu perfecto,  
idem admittendum  
est in omnibus eius  
individuis summo.*

*non valet notio  
abstracta, cum ab-  
strahitur a posteriori  
notione (quam integre-  
tur, a posteriori  
est. Namq. 34*

¶ Quae nec de generi, vel actualitate, mundi, sed hoc loco quæro, sed de ejus  
essentia vera, que postulat <sup>in se ipsa</sup> eam rem copiam, que ad satisfaciendam dei  
majestatem inter omnes ejus partes sufficiat. Et sapientissimam omnium inter  
se rerum, quo melior dari nequeat. Hæc sunt illa, quibus prius nil in mundo  
concipi potest, quam omnium primus Deus, ejus auctor, sua infinita vi ad in-  
telligendum, seu inveniendum omnes mundos, et quem velit procurandum et guber-  
nandum sufficiens, sunt prima ejus qualitates, essentia substantia, earumque  
Sapientissima conformatio et connexio, ad majestatem suam ex æsse declarandam  
omnibus, ad eam illustrandam idoneis pro sua essentia et natura modis.

oro Etenim, sciendum quod et est, probatis a priori semper fieri debet e necessa-  
rio rei volis, sine quibus esse et concipi nequit. Tales in nostro mundi con-  
ceptu sunt rerum multitudi, existentia a se abstractis in ipsis rebus, finita muta-  
bilitas et contingere indoles, seu saltem hypotheticè necessaria existentia, nec  
nisi per vim alienam prestanda. Porro mundi notionem abstractam  
demonstrationis a priori momentum suppeditare, vel idcirco patet, quod notio  
abstracta non tantum fieri potest a rebus actualibus, sed et a menti possibilibus,  
uti in omnibus humanis inventi, antequam quidquam eorum exhibit, ab invento-  
ribus formata est. v. c. horologiorum, molanum, edificiorum, antliarum etc. Uti  
dicitur ab omni sterilitate omnia a priori cognovit, quae singularia et commu-  
nia in ipsis. Tandem ad philosophorum consensum in arte super adducta  
definitione, differens vitandi causa, provocari, quae licet ad consensum hunc  
minime hoc sic respicitur. Id enim sequi non potest non, postquam inventio  
alicujus rei, vel ~~conceptus~~ <sup>idea</sup> recte est peracta; antequam nemo ejus notitiam  
habuit, nec assensum dare poterit ignotis. v. gr. antequam detegentur aera  
circuli inveniendi, rati globi et cylindri ad cubum, hydrostatica exploratis  
coronae aureae per Archimedes; microscopium, telescopium etc.

§. 9. Item, non repugnat, et repugnare nequit, dum infinite majus (deus nempe)  
necessario existit, etiam multo minus eo esse posse. Item, qui infinite  
existentiae sufficit prestare, praestat quae posse quantumcumque vult  
eum limitatarum copiam, manifestationi gloriae suae convenientem.  
Vis infinita sufficit ad omnia possibilis intelligenda et producenda,  
ergo et ad omnes mundos.

reitur, si vel mundus nullus vnquam existisset. Scilicet adest in intellectu diuino, in quo, tanquam omnium fonte veritatum, ab aeterno continetur. Ergo ista mundi definitio pro tali haberi veritate potest, quae ante conditum mundum existit, adeoque formandae cuiusdam a priori demonstrationis satis est argumenti. *oto*

## §. IX.

Haec directe ex definitione subduxisse sufficiat. Alias ad demonstrationem mundi contingentiae sic calculos subducere potuissem, si qua res praeter et extra Deum est possibilis, ea non potest esse <sup>absolue</sup> necessaria, sed oportet vt sit contingens. Sed non repugnatur res extra Deum esse possibles, quin vniuersam earum seriem quandam esse, et existere posse. Ergo rerum series extra Deum demum existens, cuiusmodi vocatur mundus, esse debet contingens. Plura, aliaque huic similia argumenta in praesens recensere nolo. Si quidem rem curatius pensitanti liquebit, ex Dei existentia, atque ex singulis eius attributis, ex notione seriei, ex notione nexus, ex notione item systematis, contingentiam mundi cuiuslibet speciatim deduci posse. Meum tantum fuit, id ipsam ex definitione mundi inter philosophos recepta, quantum fieri potuit, ostendisse.

*et tantum huius  
hic est necessaria  
pro dei nempe arbitrio; imo materialiter  
et aliunde pendens  
hij existenda.*

## §. X.

Tandem ad ostendendam <sup>naturam</sup> huius mundi <sup>temporariam</sup> contingentiam addere et hoc iuuabit: si mundi plures sunt possibles, mundus quilibet in se est contingens. Plures vero possibles esse ex §. III. dilucefcit. Namque vnusquisque mundus debet esse systema rerum finitarum;

B

quae-



quaecunque sapienter inter se connecti possunt. Sed res finitae omnes, atque singulae non sunt, nec esse possunt, nisi contingentes; itaque et earum systema, earum series quaelibet, quanta quanta sit, non est nisi contingens. Sed contingentis oppositum est possibile. Ergo cuiuslibet mundi siue possibilis, siue actualis oppositum est possibile, adeoque vnusquisque mundus existere, aut non existere, existere sic, aut aliter potest. Mundus adeo, si quis <sup>denum</sup> existit, existere nisi contingenter non potest. *Et bene: si plura*

*res mundi sunt possibile, quilibet a se non esse negat. Sed cuius rei, quo a se esse negat, experientia potest libera a ratione vix sufficienti effici et tolli.*

Haec sunt, quae de mundi contingentia Vobiscum, Viri Clarissimi, Doctissimi, Amici Lectissimi, communicare volui. Non dubito, fore nonnullos, qui et scriptionis elegantiam desiderabunt, et meos fortasse humeros tantae argumentationis moli ferendae haud satis validos putabunt: quibus quod respondeam, non habeo, nisi me familiari sermone cum familiaribus disputasse, qui ingenii, atque facundiae defectus amicitiae atque amoris officii compensabunt. Quod cum respicimus, nihil est, cur sinistras eorum sententias timeamus, qui quarumvis iudices doctrinarum sedere audent, admodum imperiosi in illos, qui dictatoribus hisce colla subdidere. Reliquum est, vt ad suauissimam muneris mihi mandati partem accedam, Vobisque, Viri Clarissimi, laetas commilitonum Vestrorum, et amicorum acclamationes publice tester. Ea enim est diuina amicitiae vis, ea, qua animos deuincit, dulcedo, vr, si quam aduersam amicus fortunam experitur, ea nostra capita ferire nobis videatur, si quid ex voto contigit, nostram felicitatem auctam gaudeamus. Quare etiam nos, qui ex eo statim tempore, quo vestra ingenia, vestram









stram virtutem, vestram et animi dexteritatem, et morum honestatem mirari cepimus, vestram nobis amicitiam ante omnia conciliandam esse putauimus, nos, inquam, de insigni iam nunc, qua eruditio Vestra ornata est, laudis honorifque corona ex animo laetari, quis est, qui ab humanitatis, et amicitiae legibus alienum iudicer? Non solum enim ad disceptandas super Baumeisteri elementis philosophiae, omnis generis controuersias philosophicas, communi societatis vinculo constringimur, in qua, quantum dicendo, et differendo valetis, siue defensoris, siue oppugnantoris munere functi, saepissime testati estis; sed industria studiorum, et vitae rectitudine ita in Nostris quoque praecellitis, vt nihil eorum neglexisse vnquam videamini, certissime persuasi, eruditionem virtute demum regi, ac pietate. Quare ad Theologiam, cui sedulo operam dedistis, animum literarum doctrina humaniorum imbutum, et meditationibus philosophicis perpetuo exercitum attulistis. Quo quidem id consecuti estis, vt, postquam, habito subinde examine, Vestri profectus ab Ordine Philosophorum Amplissimo explorati cum laude fuerunt, honores, quos vocant Doctoratus philosophici, ex merito collatos habeatis. Atque ii, vt Ecclesiae, rei publicae literariae, et Vobis ipsis fausti atque felices eueniant, Deum O. M. veneramur, spe freti certissima, fore, vt quoque societati nostrae haud exiguo sint ornamento. Cetera, vobis persuadeatis, rogamus, nos non eo, qui seculi genius esse videtur, scribendi furore, sed solo amicitiae impetu stimulos manu huic laetitiae nostrae, atque amoris specimini admouisse, quo et minime fucatum, quod de praesenti Vestra fortuna gaudium sentimus, et laetam, quam de futura spem concepimus, Vobis notam facimus.

Instat



Instat tempus, quo laborum Vestrorum fructus colligere Vobis licebit, atque Vestra, quae nobis quidem iam dudum perfecta fuerunt, merita publice illuescere poterunt. Viam igitur, quam tam felici successu ingressi estis, indefessa sedulitate pergatis, et eam, qua coronati estis, lauream, ut primum quidem, nunquam vero ut summum gloriae Vestrae incrementum consideretis, in id potius omni opera incumbatis, ut novis in dies meritis nova Vobis honorum insignia acquiratis. Quod si feceritis, et candida nostra, eaque ardentissima vota impleta videbimus, atque Vos titulo Vestro minus, quam hunc Vobis debere, inter omnes constabit.







Kd 3278

ULB Halle

3


007 653 93X



m.c.







*necessarium*  
*optum* M V N D I  
~~CONTINGENTIAM~~ A PRIORI  
ASSERIT  
S I M V L Q V E  
VIRIS CLARISSIMIS  
GOTTLOB HAEBLERO  
SCHOENAVIA MAIORE LVSATO  
ET  
IOANNI THEOPHILO  
DRAGHEIMIO  
DANTISCO BORVSSO  
S V M M O S  
IN PHILOSOPHIA HONORES  
D. XVI. KALENDAR. NOVEMBER. MDCCCLXIII  
IN VNIVERSITATE LITERARVM WITTEBERGENSI  
EX MERITO PARTOS  
NOMINE EORVM QVI SVB PRAESIDIO  
VIRI EXCELLENTISSIMI  
IOANNIS DANIELIS TITII  
PHYSICES PROF. P. O.  
DISPVTANDO SE EXERCENT  
GRATVLATVR  
VALENTINVS LOBEGOTT HACKER  
S. S. TH. CVLT.  
DANTISC. BORVSS.

---

WITTEBERGAE  
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS.